Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

331

1457-1465. Νοταριακό και διοικητικό έγγραφο. Βενετία, Χάνδακας [λ].
F. Babinger, «Veneto-kretische Geistesstrebungen um die Mitte des XV. Jahrhunderts», *BZ* 57 (1964), σσ. 64-65.

332

1457-1500. Διοικητικό έγγραφο και νοταριακές πράξεις. Χάνδακας [λ, ι].
Μαρία Βασιλάκη, «Νεώτερα στοιχεία για το ζωγράφο Άγγελο Ακοτάντο», *Ροδωνιά*, τ. Α΄, Ρέθυμνο 1994, σσ. 94-96, αρ. 1-3.

333

1458. Αίτηση. Αθήνα, Φλωρεντία [λ].
W. Miller (μεταφρ. Σ. Λάμπρος), *Ἡ ἅλωσις τῶν Ἀθηνῶν ὑπὸ τῶν Τούρκων*, Ἀθήνα 1927, σσ. 3-4.

ΑΙΤΗΣΗ ΚΑΤΟΙΚΩΝ ΤΗΣ ΜΟΛΙΣ ΚΑΤΑΚΤΗΜΕΝΗΣ ΑΠΟ ΤΟΥΣ ΤΟΥΡΚΟΥΣ ΑΘΗΝΑΣ, ΝΑ ΠΟΥΛΗΣΟΥΝ ΑΚΙΝΗΤΟ ΤΟΥΣ ΣΤΗΝ ΠΕΡΙΟΧΗ ΤΗΣ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑΣ

Φλωρεντία 1458, 26 Οκτωβρίου

«Item dictis anno et indictione [1458 ind. 7] et die XXVI octobris.

Magnifici et potentes domini priores atrium et vexilliter iustitie populi et comunis Florentie intellecta exposione facta pro parte Loysii Neroczi Loysii de Pictis civis florentini exponentis omnia et singular infiescripta vice et nomine Noeroczi eus patris et domine Laudomine eius matris et filie olim Franchi de Acciaiuolis absentium et etiam suo nomine proprio et vice et nomine fratrum ipsius Loysii et dicentis et narrantis quod dictus Neroczus eius pater et domina Laudomina eius mater iam diu et semper cum eorum familia prout notum est multis huius civitatis habitaverunt in Grecia in civitate Athenarum in qua habebant omnia eorum bona mobilia et immobilia excepta tantum infrascripta domo Florentie posita et quod dictus Neroczus iam sunt elapsi triginta quinque anni vel circa cepit in uxorem dictam dominam Laudominam in dicta civitate Athenarum ubi per gratiam Dei satis honorifice vivedant. Et quod pestea de mense iunii anni millesimi quadringentesimi quinquagesimi sexti prout fuit voluntas Dei accidit quod ipsa civitas Athenarum fuit capta a Theucris et multi christiani ibi existentes ab eisdem spoliati et depulsi fuerunt inter quos fuit et est ipse Neroczus qui cum dicta eius uxore et undecim filiis videlicet sex masculis et quinque feminis expulsus fuit et omnibus suis bonis privatus et ita se absque ulla subsantia reduxit in quoddam castrum propre Thebes in quo ad presens ipse Neroczus cum omni eus familia se reperit in paupertate maxima: et quod sibi super omnia molestun et grave est coram se videre dictas puellas iam nubiles et absque principio alicuius dotis et cum non habeant aliqua bona quibus possent succurrere tot tantisque eorum necessitatibus nisi solum unam domum cum una domuncula iuxta se positam Florentie in loco detto

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ